



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Confraternitas Seu Societas Spiritualis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

quod quando fit in quantum solum sufficit ad expensas facta in dicto agro, non tenetur solvere pensionem, vide Covar. *prac. 99. c. 30. per totum*, vide Capyc. *dec. 167.* & Galef. *allegatum in verb. compensatio, distinct. 4. § 5.* Vide Iler. *in usu feud. rubr. de controver. invest. num. 18. in princip.* vide Joan. Vinc. de Anna. *in allegat. 21. nu. 15. § 16. l. qui fundum, ff. locati, § Neguliant, tract. de pignor. in 1. membr. 2. p. num. 6. cum sequentibus*, & dicam inferius *in ver. emptio, num. 4.* sed Innoc. *precipue in c. propter sterilitatem, de loc. § cond. num. 2.* dicit primò, de vastatione inimicorum. Secundò, de inundatione fluminis insolita. Tertiò, de terrarum motu. Quartò, de incursum hostis corruptentis fructus. Quintò, de lalcivia exercitus transeuntis, sed non per incendium, Jason *in l. num. 1. 13. § 33. de jure emphyt.*

Tertiò, colonus multis aliis modis potest expelli quam ob non solutam pensionem, Rodoan. *tract. de rebus Eccl. non alien. questio. 79. cap. 5. num. 12. § ca. 6. fere per totum.*

Quartò, quando debeat præferri novo colono colonus antiquus, vide *in verb. ius congruum.* & Tiraq. *de utroque retract. §. 1. gloss. 18. nu. 6.* & Afflict. *decif. 238.* ubi dicit sic fuisse decifum in facto in sac. Regio. Concil. Neapol. secus verò in inquilino; & an possit incidere arbores grandes, & fructiferas, & idem in usufructuario emphyteuta, vide Tiraquel. *da retract. conven. §. 3. gl. 1. n. 22.* ubi negativè tenet ex communi sententia, sed distinguit prout, *ibi num. 21.*

Quintò, colonus expulsus ob dete-

riorationem perdit melioramenta, idem *ibid. cap. 6. num. 21.*

Sexto, colono non expulso non acquiritur possessio, & hoc facit pro caducitate, *l. peregrè, §. quib. ff. de acquir. possess. Caputaq. decif. 182. p. 3.*

Septimò, an si ego locavi domum meam alicui, & postea vendo usum fructum illius alteri, possit usufructuarius expellere conductorem; respondetur quòd sic, Cap. Tholof. *quest. 420.* & idem in colono *addit. ibi.*

CONFRATERNITAS SEU SOCIETAS SPIRITUALIS.

Primò, An liceat recipere aliquid à confratribus introeuntibus ad dictas confraternitates? Respondetur affirmative, modo justa causa fiat, ut pro alendis pauperibus, vel hujusmodi, Sylvest. *in ver. Confraternitas.*

Secundò, controversiæ quæ passim oriri solent inter confraternitates de prædecentia, determinari debent juxta formam Bullæ Gregor. XIII. *quest est 13. fol. 1323.* & vide *inferius in ver. processus, §. 3.*

Tertiò, confraternitates, seu collegia laicorum, coram quo iudice comparere teneantur, vide Vinc. de Annan. *singul. 90*

Quartò, ut confraternitates istæ non dicantur laicales, requiritur primò, ut habeant Hospitale cum campanili, & campana, & ibi celebrentur missæ, & tunc sunt subjectæ Episcopo, qui est locus pius de jure, Caputaq. *dec. 328. p. 1. vide in ver. Hospitale, dub. 1. Nayar. cons. 3. de for. compet.*

DIMIS-